+ Ab orbe condito 7073. Aere Christianae 1575, 1576.

Iwanus magnus Moscoviae Dux Consiliarios Polonos ad pacem, et tranquillitatem hortatur, pro qua servanda subditos suos finitimis regionibus, Livonia tantum excepta, bellum inferre vetuerat.

Propter misericordiam, et caritatem Dei nostri, in quibus sanctificavit nos oriens ex alto ad dirigendos pedes nostros in viam pacis, eius quidem Dei nostri unius in trinitate gratia, Nos Magnus Dominus Caesar, et Magnus Dux Iwanus Basilides totius Russiae, Vlodomiriensis, Moscoviensis, Nowagrodensis, Caesar Kazanensis, Caesar Astrakanensis, Dominus Pskovensis, Magnus Dux Smolensis, Iwerdensis, Inhorensis, Permensis, Wiiacensis, Bulharensis etc. Dominus magni Nowagrodi inferioris terrae, Czernikoviensis, Rezanensis, Polocensis, Rostowensis, Jarosla-

viensis, Beloherensis, Wdorensis, Obdorensis, Kondincensis, et totius Sewieriensis terrae, et Sewieriensis districtus, et partis Imperator, ac Dominus haereditarius terrae Livoniensis, ac aliarum multarum terrarum Caesar, et Dominus, Regni Poloniae Dominiorum, ad quos pertinet, Consiliaribus spiritualibus, et saecularibus Jacobo Uchanski Dei gratia Archiepiscopo Gnesnensi, Primati Regni Poloniae, Francisco Crasinski Episcopo Cracoviensi, Stanislao Karnkowski Episcopo Cuiaviensi, Adamo Konarski Episcopo Posnaniensi, Petro Miskowski Episcopo Plocensi, Alberto Starozrlebski Episcopo Chelmensi, Dionisio Seczigniewski Episcopo Camenecensi, Sebastiano de Miedliecz Castellano Cracoviensi, Capitaneo

Brzestensi, Petro Iborowski Palatino generali Cracoviensi Capitaneo Camecenensi, Ioanni Kostka Palatino Sandomiriensi, Capitaneo Malboriensi et Pucensi, Gasparo Iebrzidowski Palatino Kalisiensi, Alberto Laski Palatino Siradiensi, Duci Constantino Ostrocensi, Palatino Kioviensi, Marsalko terrarum Volhiniae Capitaneo Wladimiriensi, Ioanni Sirakowski Palatino Lenciciensi, Ioanni Sluszewski Palatino Brzestensi, Capitaneo Ninensi, et Medzireczensi, Ioanni Krototowski Palatino Inowladislaviensi, Georgio Iazlowieczki de Buczow Palatino Russiae, Nicolao Mieleczki Palatino Podoliae Capitaneo Nowomestensi, et Grodecensi, Nicolao Macziciewski Palatino Lublinensi, Capi=

taneo Spissensi, Stanislao Laszki de Strze=
goczin Palatino Masoviae, Hanselmo Go=
stomski Palatino Ravensi, Alberto Czarn=
kowski Castellano Posnaniensi, Ieronimo
Osolinski Castellano Sandomiriensi, Capi=
taneo Kreszewiensi, Ioanni de Tenczin Ca=
stellano Woinicensi, Capitaneo Lublinensi,
Ioanni Tomiczki Castellano Gnesnensi, Sta=
nislao Lasoczki Castellano Lanciciensi, Sta=
nislao Herbortv Castellano Leopoliensi,
Capitaneo Samboriensi, Ieronimo Sieniasz=
ski Castellano Kameneccensi, Capitaneo Ha=
liciensi, Stanislao Slupeczki Castellano Lu=
blinensi, Sigismundo Wolski de Podhaiicze Ca=
stellano Czernensi, Capitaneo Warsaviensi, Io=
anni Dulski Castellano Culmensi Capita=

neo Rogozinensi, et Branscensi, Andreae de Or=
ka Castellano Miichizecensi, Ioanni Tarlo Ca=
stellano Radomiensi, Capitaneo Pilenensi,
ac omnibus Consiliariis Regni Poloniae spiri=
tualibus, et saecularibus etc.

Miseramus ad vos Internuntium nostrum Theo=
dorum Eleasari filium Ielczaminum cum lite=
ris, vos autem Internuntium nostrum dictum
Theodorum Ielczaminum ad nos remisistis, et
literas vestras cum illo ad nos transmisistis,
ac ea omnia, quae de nonnullis rebus per
eundem ad nos nunciastis. Nos literas vestras,
atque ea omnia, quae per eumdem Theo=
dorum Ielczaminum ad nos nunciastis, au=
divimus, et bene intelleximus, et misimus ad
vos cum his literis nostris Internuncium

nostrum Semeuum Hliicii Volodimerii filium Bastoninum, ut vobis significet quod nos relegavimus ad vos Dominos Consiliarios Nuntium nostrum minorem, per quem volumus vobis renunciare de omnibus rebus. Post hunc deinceps Nuncium nostrum mittimus ad vos Dominos Consiliarios Regni Poloniae, et Magni Ducatus Lithuaniae Nuncios nostros maiores, vel Oratores nostros minores. Vos autem, Domini Consiliarii Regni Poloniae nostro Nuncio ad Ruber more solito praeparate.... et victualia, et postam, vel podwodas.

Cum autem vos, Domini Consiliarii, nobis per nostrum Internuncium Ioannem Hlii=

et Bastoninum de his rebus significabitis,
noster Nuntius ibit ad vos ex Smolensko,
nos vero de omnibus nostris negotiis per
eum ad vos nuntiabimus.
Redeuntes autem nostri Internuntii ad nos,
quod vos, Domini Consiliarii Regni Poloniae,
dicitis quasi nos ad vos Dominos Consiliarios
Regni Poloniae Nuncios nostros non mit-
teremus. Si vero nos Internuncios nostros....
vel Nuncios ablegavissemus, hoc bonum opus
ad pacem, et tranquillitatem christianam
sine mora fuisset absolutum, vel confectum,
Nos quidem et Nuncios, ac Internuncios nostros ad
vos mittimus, sed vos, Domini Consiliarii, Internun-
cios, et Nuncios nostros ad vos non recipitis. Vos
itaque, Dni Consiliarii, si vultis opus bonum pro-

pter pacem et tranquillitatem christianam conservandam, hoc igitur opus bonum sine mora absolvite. Nos autem propter pacem christianam per omnes civitates nostras, et per loca omnia nostra praecepimus, ut ab omnibus inimicitiis, et bellis abstineant, et in confiniis, hominibus finitimis omnes iniurias, et damna inferri a nostris serio prohibuimus, excepta terra Livonia. De qua terra Livoniae singulariter ad vos mandabimus per Nuncios, et oratores nostros.

Vos autem similiter prohibete in omnibus finitimis locis, et civitatibus, ne bellum, vel inimicitiae exoriantur inter nos usque ad id tempus, quo inter nos, et Regnum

Poloniae, ac Magnum Ducatum Lituoniae opus bonum absolvetur ad pacem et tranquillitatem christianam. Scripta Dominii nostri in aula Arcis nostrae Moskwa Anno ab orbe condito 7073. 12. Julii, Indictionis 3., Dominii nostri 42., et Imperii nostri Rezanensis 29., Kozhanensis 22., Astrakanensis 20.

Marinus ex Comitibus Marini
Eques Imperialis Ordinis Sanctae Annae Secundae Classis
Sacrae Equestris Militiae SS. Mauritii et Lazari Commendator
Praelatus Domesticus Gregorii PP. XVI, In utraque Signatura Referendarius
Patriarchalis Basilicae S. Petri in Vaticano Canonicus
Tabulariorum Sanctae Romanae Ecclesiae Praefectus

Testor, ac fidem facio, praedictas literas Iwani Basilidis Magni Ducis Moscoviae descriptas et recognitas fuisse ex Libro ms. cui titulus = Nunziatura di Polonia = tom. 10. pag. 385, qui adservatur in Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In quorum fidem hic me subscripsi, et solitis signis signavi.

Dabam

Dabam e Tabulariis praefatis IV. Idus Maii MDCCCXXXVII. Indictione X. Pontificatus vero S.mi in Christo Patris et D.ni N.ri, D.ni Gregorii div. prov. P.P. XVI. Anno VII.

M. Marini
Tabularior. S.R.E. Praefectus